

Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillis eius temporis, | quo quinquennalis erit, immunis esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes dupl[as] | dari. Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione sesquip[las] | (20) dari placuit. | 1/2

Item placuit, ut quisquis quinquennialitatem gesserit integre, ei ob honorem partes se[squi]plas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent. |

Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu referat, ut quieti e[st] | hilares diebus sollempnibus epulemur. |

(25) Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum transierit, ei multa es[to] HS III n. > Siquis autem in obprobrium alter alterius dixerit, aut tu[mul]tuatus fuerit, ei multa esto HS XII n. > Si quis quinquennali inter epul[as] | obprobrium aut quid contumeliose dixerit, ei multa esto¹⁶ HS XX n. |

Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus sollempn[ibus ture] | (30) et vino supplicet et ceteris officiis albus fungatur, et die[bus natalibus] | Dianae et Antinoi oleum collegio in balinio (sic) publico po[nat antequam] epuletur.

Lanuvii (Civitas Lavigna) rep. a. 1816, extabat ibi in aedibus Frezza usque ad annum 1898, quo translata est Romam, tabula marmorea, per duas paginas (excepto v. 4) scripta (XIV 2112 vidi; imago est Mélanges de l'École fr. de Rome 1898 tab. VII. VIII cf. p. 274). Tractavit Mommsen de collegiis et sodaliciis (Kiliae 1843) p. 98—145. — 1) A. 156. — 2) Quinquennalem. — 3) Cf. infra N. 7547 seq. — 4) Sestertium quindecim milium nummum. — 5) Dedit non ipsam sortem, sed usum pecuniae. Usurae computantur quincunces cum unciae triente (3 1/3 %). (Pro XV m. n. scribi debuisse XVI m. n. coniecit Eck). — 6) Nummos. — 7) A. 153. — 8) Cf. infra N. 7336 seq. — 9) Peritit forlasse agnomen Dianae. — 10) Dictatore tertium. De dictatore Lanuvino cf. Cic. pro Mil. 47, 45; supra N. 5683. 5707 (?). 6194. 6200. — 11) Patrono. — 12) Senatus consulto populi Romani. — 13) Cf. Mommsen de collegiis p. 84. — 14) Cf. Marcianus Dig. 47, 22, 1: s. c. permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant cet. — 15) Scr. totique domui. — 16) Similia in lege curiae Africanae, supra N. 6824. — 17) Asses. — 18) Sic vel contin[uis] X. — 19) Nostro. — 20) Vicesimum. — 21) Quinquennalis. — 22) Fortasse idem quem memorat Plin. ep. 3, 8 (monuit M. Bang.). — 23) q[uo] primi editores; sed plures litterae perierunt. — 24) Scr. quaternos (vel hominum quaternorum). — 25) Assium.

7213 Lex collegi Aesculapi et Hygiae. |

(2) Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl. Apolloni proc. Aug., qui fuit a pinacothecis, et Capitonis Aug. l. adiutoris | (3) eius, mariti sui optimi piissimi, donum dedit collegio Aesculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapi et solarium tectum iunctum, in | (4) quo populus collegi s. s.¹ epuletur, quod est via Appia ad Martis² intra milliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaeum et populum³; item | (5) eadem Marcellina collegio s. s.⁴ dedit donavitque HS L m. n. hominibus n. LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur, quam numerus s. s.⁵ et ut in locum | (6) defunctorum loca